



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignatius Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Fundata Societas. Cap. XV.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

80 S. IGNATII VITA.

Parenti Filius , atque eos in clien-
telam recipere sese ostendit : mox
virà cum cruce ad IGNATIVM
conuersus, ore suavitatis amorisque
pleno, EGO VOBIS, inquit, RO-
MAE PROPITIVS ERO. Attulit
id ostentum IGNATIO haud du-
biam vim gaudiorum : quo etiam
Socijs commemorato, illis ad peri-
cula laboresque obeundos noua,
quod par erat ; alacritas incessit.
Ex eo die, mirum est quām inhæ-
serit animo nomen IESV. Illuc
IGNATIVS, vt in ducem vitæ ;
illuc assiduè, vt in exemplum fe-
rendæ crucis adspicere : indidem
Religioni suæ constituit titulum
figere. Nec pugnauit illius deside-
rio Pontifex, sed eam breuî pott
SOCIETATEM IESV inscripsit.

Roma fundata Societas IESV.

C A P . x v .

81. PRIVS tamen superanda
IGNATIO ingens tempe-
stas erat , quæ Romæ illum odijs
&

& iniurijs iuxta atque atrocissime
vexabat. Eam concuerat homo
veterator, qui in Vrbe tunc Con-
cionator agebat; iam ipse scitis hæ-
remon corruptus, aliosque secum
in præceps trahere fraudulenter in-
gressus. Ceterum huic hominis
vesaniæ resistere nostri, & ex ad-
uerso staticem tenere ausi, proximè
ultimo discrimen adducun-
tur: & nisi in tempore Iudices ij
ipsi prodijssent, apud quos olim ac-
cusata IGNATII innocentia, ab-
solutaque iam fuerat, Societas in
suis etiamdum incunabulis plagam
luculentam accepisset. Sed horum,
quos diximus auctoritas, & depre-
hensa hostium calumnia, perpule-
re Magistratum, uti ex Pontificis
decreto contra aduersarios pro-
nuntiaret.

82. Interim negotium tribus
Cardinalibus datur, viderent, an
tollere nascentem IGNATII par-
tum placeret, & ad tot Religio-
num familias unius accessionem
fieri. Caussâ inter illos relatâ, prin-

F cipio

cipio Societas plerosque aduersos habuit. Ac Bartholomæus certè Guidicionus id laborandum impensiùs contendebat, non, qui nouæ iam familiæ cconderentur; sed quibus fulcris veteres, mox in ruinā ituræ, substruerentur. Ita quondam Innocentium III. in Concilio ad Lateranum coacto, décrese: ita Gregorium X. in Lugdunensi. Nempe, quam in suis cōptis difficultatem Dominicus olim ac Franciscus repererant, eamdem oportebat & IGNATII principijs occurrere.

83. At rebus inter hos triumuiros diu agitatis, flecti tandem se vinciique Cardinalis confessus: Mihi verò, tametsi nouæ, inquit, copiæ haud quæuis probantur; in hac tamen Religione sciscendâ, longè mihi diuersa mens est. Percellit animum vis insolens & occulta: & quò nullæ rationes pertraxere, illuc diuino me ductu ferri aduerto: iamque animo volente complector, quidquid humano censi-

consilio præceps antè damnaram.
Inde ad Pontificem retulit, ac So-
cietate vehementer laudatâ, pro
eius instituto perquam honorificè
dixit. Quo ipso dein Pontifex per-
lecto, sanè gauisus; DIGITVM
DEI ADESSE palam exclamauit:
seque iam ex modicis initijis,
quantum Ecclesia fructum mox
esset perceptura, præsentire. Nec
longè distulit, quin Societatis le-
ges ratas esse æternasque edicto iu-
beret. Quod quidem Natalibus
SS. Cosmæ ac Damiani factum,
v. Kal. Octob. anno M. D. XL.
Idem Pontifex triennio post, fini-
bus, quibus suum decretum primò
circumscripserat, prolatatis, Socie-
tatem integrè rursus stabiliuit. Id-
que ipsum anno M. D. L. Iulius III.
(Paulo hic III. Successor datus)
alijque deinceps Pontifices, ad no-
stram usque memoriam fecere: in-
super raris eam prærogatiuis auctam
voluerunt: quibus testandis eorum
diplomata retinentur; in tempore,
si res iubeat, demonstranda.

F 2 IGNAT.